



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De Richvvino à praedonibus per tonitruum liberato, cap. 30.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

calceamentorum, Deus puniuit superbiam; sic in extincione genitalium, luxuriam. CÆSARIUS: Bene sentis, quia sæpe poena respondet culpæ. Hoc etiam scire te volo, & probare exéplo, quod sicut Deus, ut dictu est, malos per fulmina atque tonitrua de cœlo punit, ita per eadem aliquando bonis succurrir.

## CAPVT XXX.

**R**ICHVVINUS cellararius noster cùm die quadam tēpore discordiæ inter sæpe dictos reges de Colonia exiret, non procul ab urbe plures armatos ex latere stratæ publicæ in suis dextrariis sedere consperxit, quibus visis, cùm satis timeret, vñus ex eis cursu rapidissimo ad eum veniens, equum eius per frenum tenuit, quē his verbis superbè allocutus est, dicens: Domine monache descendite, oportet me habere equum istum. Vix verba finuerat, & ecce Dominus non verbo, sed tonitruo prædoni pro seruo suo respondit. Nā cùm tota illa die nulla fuissent audita tonitrua, ictus tam validissimus inopinatè personuit, vt equus satellitis genibus terram peteret, & ipse nutantis tergo vix inhæreret: moxque manum à freno monachi retrahens, ait satis humiliter: Ite in pace, bonus enim vir estis. Cui ille regratiens latus processit, diuinitus se liberatum recognoscens. Hæc mihi idem Richvvinus ore suo confessus est. APOLLONIUS: Valde timendus est, cui sic æther famulatur. CÆSARIUS: Non solū ignis æthereus, sed & terrenus, qui lignis nutritur, & ab hominibus succenditur, deseruit ei: nunc ad creatoris nutrum vim naturalem cohibedo, nunc in refrigida non minas miraculosè eandem exercendo.

## CAPVT XXXI.

*De igne  
terreno.*

**I**N Episcopatu Coloniensi, oppido imperiali, quod Dousburg dicitur, vidua quædam ceruism braxare ac vendere solebat. Die quadam, cùm ciuitas casu fuisset incensa, ipsumque incendium domus eius appropinquasset, illa iā non habens spem in auxilio humano, ad diuinum confugit. Nam omnia sua vasa, quibus ceruisia emptoribus mensurare solebat, ad ostium domus contra flamas ponens, in multa cor-